Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

eademq: fides spes & caritas. utriq; populo
per apostolos praedicatur. ad una uterq; pro
missa regni caelestis uocatur. deutroq; gene
rale praecepti saluatoris accipiunt. euntes in
mundu uniuersum. pdicate euangelium omni
creaturae; id est & circumcisioni & praeputio:
ubi & absq: ulla differentia subinfertur.
qui crediderit & baptizatus fuerit. saluus erit;
Ad occidentalem uero plagam tabernaculi. faci
es sex tabulas. & rursum alias duas quae in angu
lis erigantur postergum tabernaculi;
Josephus scribit de tabernaculo qd decem cubitos
habuerit latitudinis. scribit etiam qd tabulae
eius mensura quattuor digitorum fuerint a terra
suspensae. ex quo uidetur uelle intellegi. qd
tantae altitudinis factae fuerint ipsarum bases ta
bularum; qui rursus de hoc qd modo p posuimus
capitulo accedentib; tabularum radicit. poste
rioris au pariter nouem cubitos sex tabulae faci
ebant. quib; coniunctis sunt alias duae tabulae
ex medio cubito sectae. quas angulares posuerunt
ad instar maiorum tabularum. singulae uero tabu
lae anulos habebant aureos per exteriores
fronteis eminentes. uelut quibus decem radicibus